

## LECTORI BENEVOLO.



U I S Q U I S sit tractatuli huius Au-  
 ctor, amice Lector, querere desine:  
 quod autem eū conscripsérit, hanc ha-  
 bet ocausam. Ego quoque quis sim,  
 quod scias, non opus. Scias autem certò certissimè  
 Auctorem opusculi huius, LAPIDEM PHILO-  
 SOPHORUM perfectissimè tenere fecisse, habere  
 Cùm autem mutua & sincera nos prosequiamur  
 benevolentia, petii, ut in amoris mei signū (quod  
 titulus testatur ipse) tria principia prima discute-  
 ret, MERCURIUM nempe, SULPHUR & SAL  
 & si in iis cōmunib. aut aliis Lapis Philosoph. que-  
 ri debeat, indicaret, idq; verbis faceret simplicissi-  
 mis, & stylo tenuissimo. Postquam autem hoc tra-  
 ctatulo raptim conscripto mihi annuisset, certò  
 mihi persuasi, fore uteo in lucem edito, et si minus  
 gratum id Auctori futurum verear (omnis enim  
 ambitio ab illo proculest) optimè mihi velint vera  
 Philosophia amatores, minus enim iacturæ, sum-  
 ptuum, & dannorum ab impostoribus, temporis  
 bonæ famæ & honoris, illo lecto & bene considera-  
 to, passuros non dubito. Quod si mundum probum  
 (prophanum enim vulgus Alchymistarum odi &  
 arceo) pro hoc meo benevolo animo gratum sense-  
 ro, enitar, ut & reliqua duoprincipia, & alia plu-  
 ra ab eodem Auctore sequantur. Interim hoc frue-  
 re & vale.

DIA